



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

65. [i.e. 66.] An tempore mortis, si quis accessum ad puerum non haberet,  
possit de longinquo proferre formam sub conditione, & jubere, ut alias  
illum aqua abluat? Et si postea occurrat opportunitas, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

R E S O L . L X V

*An mutus, si alij non invenirentur, posset in articulo mortis baptizare infantem illum abluedo, si alter manibus carens proferat verba forme? Ex part. 5. tr. 6. Ref. 2.*

**S.**ap. hoc in §. 1. **N**egativam sententiam docent communiter Doctores, & novissime Mæritius seq. & infra tom. 3. de sacram. Baptismi, disput. 5. scđt. 4. ubi sic in Ref. 70. s. ait: De tertio baptizandi modo Marfilius in 4. ult. & in t. 3. quasf. 4. art. 6. dub. 11. validum ensent fore Baptismum eo modo collatum in casu extremae necessitatis: ut si puer mox morituro nullus adeset præter duos, quorum unus mutus esset, alter membris omnibus captus, hoc enim formæ verba proferente, illo altero ablueente, validum fore Baptismi sacramentum affirmat. Sed repugnat hac in parte ceteris communiter Theologis, tam antiquioribus, quam recentioribus, nominatimque sancto Thoma questionis hujus 67. art. 6. ad 3. & præcedentis questionis art. 5. ad quartum. Ita Mæritius, cui adde Ochagaviam de sacram. Baptismi tract. un. q. 1. n. 10. Probatur hæc opinio. Primum, quia Sacramentum quod in extrema necessitate validum est, etiam extra illam est validum, & è contra; sed Baptismus in illo casu collatus, etiam juxta auctores opposite sententia, nullum valorem sortitur extra casum necessitatis: ergo neque etiam in illo collatus valorem sortiri poterit. Roboratur secundò hæc opinio, quia in primis non valet Baptismus ille collatus catechumeno in extremis constituto sub hac forma. Ego te Baptizo, quia si denotent actionem ablueundi exteris corporis illa verba, & significant interiorum animi ablutionem, forma est falsa, quia ille, qui profert verba, & qui pronunticat se abluerre non abluit corpus, ut supponitur: ergo cum hac forma nullum omnino redditur Sacramentum.

2. Si verò prefata forma denotet collationem sacramenti Baptismi , eodem modo falsa est forma , quia ad hoc sine dubio requiritur eundem Ministrum & proferre verba , & ablucere exterioris , quia utrumque denotatur per verba forma secundum illam significacionem despumpta . Quia autem in praedicto casu unus & idem Minister utrumque non exhibet , hinc est nullum inde resultare Sacramentum . Deinde non valebit praedium Baptismus , si uterque ille Minister baptizet sub hac forma ; Nos te baptizamus , quia ad hoc ut essem vera haec forma , uterque deberet ablucere , sumpto verbo *baptizamus* in prima significacione , vel uterque deberet ablucere , & proferre verba forma , sumpta forma verborum in secunda significacione . Sed neque tunc uterque ablueret , quia uterque manus non haberet . Neque uterque verba proferret , quia uterque lingua utrum non haberet ; sequitur ergo neque etiam hoc modo Baptismum validum esse : ergo , &c.

*Supra in Ref. 2, not. posteriora.*  
*Quae hic est Resol. ante cedens.*

*Ioannes Chapeavilla, quos adduxi supra in tractatu de casibus occurrentibus tempore mortis, ubi hanc quæstionem etiam agitavi, & in 3. part. tract. 4. Refol. 11. Sed ego negativa sententia adhaereo. Verum ad magis practicabilia, ut nostri moris est deveniantur.*

RESOL. LXV. RESOL. LXVI

*An tempore mortis, si quis accessum ad puerum non haberet, posset de longinquu proferre formam, sub conditione, & iubere, ut alius illum aqua abluit?*

*Et si postea occurrat opportunitas, an etiam sub conditione Baptismus sit iterandus?*

*Et inter alia explanatur Baptismum à tribus ministratum omnium iudicio esse invalidum, videlicet uno abluente, altero hac verba proferente, Ego te baptizo, tertio ista subiungente, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.*

*Et cursim infertur ordinem datum ab Episcopo, & Presbytero simul; Episcopo videlicet imponente manus, Presbytero autem benedicente, seu profrente formam irritum esse.* Ex p. 5. tr. 3. Ref. 26.

**H**unc Baptismum esse invalidum, probatur ex D. Thom. in 3. part. q. 6. art. 6. ad 3. & ex tribus absurdis, quorum unum est, validum quoque fore Baptismum, illo modo collatum extra casum etiam necessitatis, cum ex supradictis constet eam materiam & formam, qua aliquo in casu ad Baptismi validitatem sufficit, ad ipsam quod quequivis alio in casu sufficere. Alterum est dici pari ratione debere validum fore Baptismum sine verbis ullis ore prolati, aut in alio, quam naturalis aqua liquore collatum in eo extrema necessitatis casu, quo vel elementaris aqua desset, sed adfessus alius liquor, quo puer moritur tingi posset, aut quo nullus adfessus, qui puerum abluiens loqui posset. Si enim, quia Baptismus pueri ad salutem necessarius est eo casu, quo non aliter ipsi conferri potest, quam uno abluiente, altero forma verba proferente validus est, ob eandem causam validus esse debet eo casu, quo non nisi in alio, quam naturalis aqua liquore, vel per eum, qui solis nutribus, & hujusmodi signis loqui potest, conferri poterit. Tertium est, eadem ratione validum Baptismum futurum, qui à tribus ministratur, uno abluiente, altero verba hac proferente, *Ego te baptizo*, tertio ista subjungente, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*, qua validum foret, qui ministratur à duobus, uno abluiente, altero formam proferente, quoniam disparitatis nulla legitima ratio adferri potest. Sicut autem Baptismus sic à tribus ministratus omnium iudicio est invalidus, quia idem, qui verbis iis, *Ego te baptizo*, profiteretur se aliquem baptizare, profiteri etiam debet se cum, non in suo, sed in sancta Trinitatis nomine baptizare; ita sic ministratus à duobus censi pri certitudine debet invalidus, quia idem, qui abluit, significare verbis debet se ablucere, & qui hoc verbis significat, re ipsa debet ablucere. Et tandem haec tententia probatur. Nam qui verba forma proferret, nec exterius ablueret, falsitatem dicaret, & ideo nullum efficeret Sacramentum, utpote cuius ad essentiam, validitatēque formae veritas necessaria est, ideo autem non nisi falso proferret, quia vide dicaret, *Ego te baptizo*, sive *Nos te baptizamus*, sive more Graecorum, *baptizetur servus Christi*, semper his verbis significaret, se externae ablutionis actum exercere, neque tamē exercebat. Et ideo haec omnia docet doctor Māratus in D. Thom. tom. 3. tract. de Baptism. disp. 5. scđ. 3. & Hurtadus de Sacram. disp. 2. diff. 6. ubi citat Vasquez, Suarez, & Conink, quibus etiam addē Jacobum Granado in 3. part. de Sacram.

# De Sacram. Baptismi. Ref. LXVII. &c. 45

exam. contr. 4. tract. 2. disp. 3. n. 9. dub. 2. n. 13. Tantum  
nerum tom. 4. disp. 4. q. 2. dub. 1. n. 17. & Filliuclum  
tom. 1. tract. 2. cap. 5. num. 77.

2. Sed his non obstantibus, in periculo mortis  
ita puerum esse sub condizione baptizandum, ad  
notavi in 3. part. tract. 4. resolut. 11. docuisse Fer-

vez hic su-  
pi. Ref. 64.  
c. in  
præ-  
bus  
infrā  
o. §.  
ef. 1.  
to.  
dōd

mañez de Heredia, cui nunc addo Caetanum in  
3. p. 9. 67. art. 6. telle Hurtado ubi *suprā*, ac Marſilium in 4. sent. 9. art. 6. dub. 1. putantes fore talem  
Baptismum validum in casu extreme necessitatis,  
ut si puer moritur nullus adesse prater duos,  
quorum unus mutus esset, alter membris omnibus  
captus, hoc enim forma verba proferente, illo al-  
tero ablueſte, validum fore Baptismum affirman-  
& casus posset occurſe: & ideo etiam hanc sen-  
tentiam docet novissime Joannes Chapeavilla de  
modo ministrandi *Sacra menta tempore pefſis*, q. 20.  
*de Baptismo*. ubi sic ait: Potest occurſe casus, quo  
Pastor non posſit ablueret, poſſit autem formam  
proferre, puta si nullus fit accessus ad puerum,  
quia ades infecta ſunt à Magistratu occlusa, ne  
quea permiti accessum, quanvis iuſtè, vel ſi ipiē  
truncatus fit manibus, & alter qui ad eſt non posſit  
formam proferre, in illo caſu extreme necessitatis  
licet juxta alteram ſententiam hoc modo confeſſe  
Baptismum, quia melius eſt in tali extrema ne-  
cessitate accipere Baptismum dubium, & aliquo  
modo probabilem, quam nullum. Erit tamen ille  
Baptismus ſub conditione iterandus, ſi poitea occu-  
rereſt opportunitas recipiendi indubitatum Sa-  
cramentum ab uno & eodem Ministro.

3. Dices, jure Canonico ordo datus ab Episco-  
po & Presbytero ſimilis, Epifcopo videlicet im-  
ponente manus, Presbytero autem benedicente, ſeu  
proferente formam, irriuiſt eſt declaratur; ergo  
nulli licet hoc modo baptizare, ut unus abluit,  
alter vero formam proferat. Respondetur, negando  
conquerientiam, non enim ſimilis eſt caſus ei, de  
quo agimus; quia in ſacramento Ordinis confeſſe-  
rendo Presbyter non potest eſt Minister, & ideo  
cum Epifcopo non potest compone unum Mi-  
nistrum, & ex hoc ſolo capite evideſt eft illam or-  
dinationem, uifile irritam, & nullam; in noſtro  
autem caſu, quilibet perſona concurrens poſſet  
eſt ſufficiens Minister ſacramenti Baptifmi. Hac  
omnia docet Chapeavilla ubi *suprā*, & hac ſunt  
placita Doctorum circa preſentem quæſionem,  
de qua tamen infra in tract. de miftri, iterum fermo  
redibit.

## R E S O L . L X V I I .

An infans moribundus, ſi ad illum non eſt accessus,  
fit baptizandus, aſpergendo eum aqua?  
Et an conſuetudo Ecclesiarii baptizandi per im-  
mersionem ſervanda fit?  
Et, ſi in aliqua Ecclesia trina merſio uifitata fit, an  
una tantum adhiberi poterit cum integra prolatione  
forma? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 19.

§.1. R Eſpondeo affirmatiue cum Chapeavilla  
la de ſacram. Baptifmi, q. 19. ubi etiam  
docet, quod ſi Pastor certe ſibi perſuadeat ſe ca-  
put puer aqua al pergere poſſe, licet illi ad vi-  
tandum contagionis periculum hujuſmodi bapti-  
zare, quia tunc cefſat periculum nullitatis Bapti-  
ſmi, cum conſet per veram aſperzionem veterum  
conferi Baptismum.

2. Dicendum eſt igitur quamcumque ablutionem ſive ſiat immersione, vel infuſione, ſive aſ-

perſione, quantum ex ſe ſufficere ad valorem, &  
eſſentiam Baptifmi, quia quæcumque ex hiſ eſt  
vera ablution, qua verbiſ formæ Baptifmi ſignifi-  
catur, quod etiam conſtat ex uſu Eccleſie, qua  
omniſ modis uia eſt baptizare, nempe in-  
fuſione, ut modi ſit, & immersione, ut olim fie-  
bat, & ut modi in Manuſcriptu Romano fieri per-  
mititur, & aſperzione, ut ex ſancto Laurentio in eius  
legenda dicuntur inſtant martyrio quendam aper-  
tione aquæ baptizaffe, & de Apoſtoliſ creditur aſ-  
perzione baptizazelle, quando una die quinque milia  
baptizatū ut dicitur *Acto*. 4. & idem eſt de  
ablutione facta tincione, & idem docet Hurtadus  
de ſacram. Baptifmi, disp. 1. diſſ. 4. & alij com-  
muniter. In praxi tamen, ſecluso, ut diximus, ca-  
ſu necessitatis, ut ablutione licet fiat, ſervandus eſt  
modus in unaquaque Eccleſia pro tempore pre-  
ſcriptus, & uifitatus: liceat Poſſevinus de officio Cu-  
rat, cap. 16. num. 6. Sotus & Henriquez, ut obſer-  
vat, nec improbat Granadus de ſacram. contr. 4.  
tract. 1. diſp. 4. num. 6. doceant non eſt peccatum  
mortale uno, vel altero modo baptizare, ſecluso  
contentu. Sed hanc ſententiam non approbat  
Ochagavia de ſacram. tract. de Baptifmo, q. 5. n. 8.

3. Notandum eſt tamen conſuetudinem Eccleſiarum  
baptizandi per immersiōne ſervandam eſt, ut obſer-  
vat, Layman lib. 5. tract. 2. cap. 4. n. 4. excepto caſu  
necessitatis, propter quem affuſione aque utendum etiam in Eccleſia, quibus alioquin  
ordinarius baptizandi modus eſt per immersiōne,  
ſicuti *suprā* ex S. Thoma intelleximus. Deinde  
ſi in aliqua Eccleſia trina merſio uifitata fit, una  
tantum adhiberi poterit cum integra prolatione  
forma ob periculum morte, ne infantem priuam  
mori contingat, quam tres merſiones fiant. Ita etiam  
doceat Zambranus de ſacram. Baptifmi, c. 1. dub. 1. 2. n. 9.

## R E S O L . L X V I I I .

An debeat omitti Baptifmuſ propter periculum in-  
fanti morituri, ut v.g. ſi puer fit ita tener &  
delicatus, ut credatur Baptifmuſ fore cauſam mor-  
tis illius?

Et an baptiſans in dicto caſu fit irregularis?  
Et curſim deducitur, quod licet potest Parochus au-  
dire confessionem hominiſ qui alioquin morietur in  
ſtatu peccati mortaliſ, liceat ſciat inde ſibi mortem  
prouenturam. Ex part. 5. tr. 3. Ref. 8.

§.1. V T v.g. ſi puer fit ita tener, & delicatus, <sup>Sup. hoc in-</sup>  
mortis illius, & tunc ſi Baptifmuſ differri ſine pe-<sup>fria in Ref.</sup>  
riculo potest, licetum, imo & obligatorium eſt: ſi <sup>70; lege do-</sup>  
verò fit periculum in mora. Sotus in 4. diſp. 3. q. 9. art. <sup>etiam §.</sup>  
art. 8. in fin. & Ledetima 1. 4. q. 7. art. 8. dub. 3. cum <sup>Etiam ut ve-</sup>  
Scoto, Majore, & Gabriele, existimant non licere  
tunc baptizare puerum, ſaltē, ſi propterea mors  
nimium acceleranda fit, afferique poſſunt Scoto  
diſp. 5. queſt. 3. & Gabriel. diſp. 4. queſt. 2. art.  
3. dub. 4. dicentes non eſt baptizandum infantem,  
quando inde mors eſt prouentura. Existimant  
longe probabilius puerum in prædicto caſu  
poſſe baptizari, licet propterea mortis acceleratio  
magna futura eſſet. Ita ſententia Paludanus in  
4. diſp. 3. q. 3. num. 9. in fine. Zambranus cap. 1. de  
Baptifmo diſp. 12. & doceat recentiores. Pro cuius  
explicatione & probatione advertendum eſt, eſt  
poſſe aliquos baptizandi modos, qui directe, &  
per ſe uidentur ordinati ad occidendum infantem,  
v.g. ablueret aqua omnino venenata, projicere in  
flummen.

MITON.  
OPERA  
Tom. I. & II  
E III